

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Recherches sur l'ancienne bibliothèque de Corbie**

**Delisle, Léopold**

**Paris, 1860**

I. Lettre du Pape Alexandre III, relative à la dotation de la bibliothèque de Corbie.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9133**

## APPENDICE.

## I.

LETTER DU PAPE ALEXANDRE III, RELATIVE À LA DOTATION DE LA BIBLIOTHÈQUE  
DE CORBIE<sup>1</sup>.

17 juin 1166-1179.

Alexander, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et capitulo Corbeiensi, salutem et apostolicam benedictionem. Cum velitis utilitati vestri monasterii, sicut convenit, providere, communi dispositione, sicut asseritis, statuistis ut ad reparationem et emendationem librorum bibliothece vestre, que nimis senuerat, et ad constitutionem novorum librorum, a singulis prepositis majoribus x et a minoribus v solidi custodi librorum annis singulis persolvantur; tres quoque modios frumenti et avene, medie distinctos, ad mensuram Enrensem, quos a canonicis de Claro Faio recipitis annuatim, et redditus terre de Branlers, quam ex dono Galteri de Malli habere noscimini, custodi librorum nichilominus deputa[s]tis. Unde, quia constitutionem vestram a nobis ratam haberi et redditus quos prediximus ad opus librorum petitis confirmari, nos, postulationibus vestris benignius annuentes, constitutionem ipsam a vobis, sicut diximus, rationabiliter factam ratam habemus, et prescriptos redditus custodi librorum vestrorum, sicut ei a vobis sunt circumspecta providentia deputati, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursum. Data Laterani, xv kalendas Julii.

<sup>1</sup> Bibl. imp. fonds de Corbie, n° 3, fol. 103; n° 4, fol. 189; n° 5, à la fin du volume.